Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



102

94

Venit philippus: et dicit andree. Andreas et
et philippus dixerunt ihesu. Ihs autem respondit eis dicens
Venit hora ut clarificetur filius hominis. Amen amen
dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram mor
tuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit
multum fructum affert. Qui amat aiam suam: perdet eam
Et qui odit aiam suam in hoc mundo: in vitam eternam
custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequatur.
Et ubi ego sum: illic et minister meus erit. Si quis mihi
ministraverit honorificabit eum pr meus. Nunc aia
mea turbata est: et quid dicam. Pater saluifica
me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc:
Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de
celo. Et clarificavi: et iterum clarificabo. Turba
ergo que stabat et audierat dicebat tonitruum
factum esse: alii dicebant angelus ei locutus est.
Respondit ihesus et dixit. Non propter me vox hec venit.
sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc prin
ceps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus
fuero a terra: omia traham ad meipsum. Hoc autem
dicebat: significans qua morte esset moriturus.
Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia xpus
manet in eternum: et quomodo tu dicis oportet exal
tari filium hominis. Quis est iste filius hominis. Dixit
ergo eis ihesus. Adhuc modicum lumen in vobis est.
Ambulate dum lucem habetis: ut non tenebre vos com
prehendant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo
vadat. Dum lucem habetis credite in lucem: ut filii
lucis sitis. Hec locutus est ihesus et abiit: et ab
scondit se ab eis. Off. Eripe me de inimicis meis deus
ad te confugio doce me facere voluntatem tuam quia deus meus estu.